

Reinisch gulden jerlichenn uff weinachten uff unnd von seinem frehen haube zcu vorzeißen [vorkaufft hat], und hat die gebenn vor hundert unnd sechzig Reinisch gulden. Czu urkunde 2c.

60.

Bischof Tilo von Merseburg fordert die Pfarrgeistlichkeit seiner Diöcese auf, zu Herstellung der teilweise durch Brand zerstörten Baulichkeiten des Nonnenklosters Beiträge zu entrichten und die mit deren Einsammlung Beauftragten zu fördern, indem er den Wohlthätern des Klosters Ablass ertheilt.

1471 Febr. 14.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 8103. — Das S. des Bischofs an Pergamentstr.

Tilo dei et apostolice sedis gracia Merseburgensis ecclesie episcopus universis et 10
singulis | dominis prelati plebanis viceplebanis ceterisque ecclesiarum parrochialium
rektoribus seu eorundem loca tenentibus ac aliis Christi fidelibus per et infra civitatem
et diocesim nostras Merseburgenses ubilibet constitutis ad quos presentes nostre littere
pervenerint sempiternam in domino salutem. Inter gloriosas etenim rei curas publicas *usw.*
Cum igitur uti accepimus^{a)} monasterium sanctimonialium extra et prope muros opidi 15
Lipezk — proximis transactis diebus in certis suis locis et edificiis per ignis voraginem
notabiliter dampnificatum sit^{b)} ac alias ipsum cenobium in suis structuris et edificiis aliis-
que ornamentis et necessariis divino cultui congruentibus quam plurimos paciatur de-
fectus, ad que relevanda et recuperanda ejusdem monasterii facultates proprie minime
suppetant, quocirca universitates vestras in Christo Jhesu^{c)} domino nostro requirimus 20
et exhortamur vobis denique in remissionem peccaminum vestrorum injungentes, qua-
tenus nunciis prefati monasterii ad premissa vestras pias elemosinas ac caritative sub-
sidia de bonis temporalibus vobis a deo benigne collatis impartiri velitis proinde ab
omnium retributore premia recepturi. Vobis eciam divinatorum rektoribus supradictis in
virtute sancte obediencie et sub suspensionis et excommunicationis penis districte pre- 25
cipientes mandamus, quatenus nuncios memorati monasterii dum ad vos premissorum
occasione hiis nostris litteris muniti pervenerint pie suscipiendo et absque muneris ex-
actione admittatis ipsosque et negocium ipsorum apud plebem vobis commissam piis ex-
hortacionibus vestris fideliter promovere curetis, ut vos cum ipsis per hec et alia pietatis
opera que domino inspirante feceritis valeatis hic a malis protegi et in futurum ad eterne 30
felicetatis gaudia salubriter introduci. Nos enim de omnipotentis dei misericordia beato-
rumque Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate et meritis confisi omnibus et singulis
vere penitentibus contritis et confessis ad premissa contribuentibus quadraginta dies in-
dulgenciarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus, presentibus
tamen ad unum annum ab earundem data dumtaxat duraturis, quibus in testimonium 35
sigillum nostrum est appensum. Datum anno domini millesimo quadringentesimo septua-
gesimo primo, quinta feria ipso die Valentini martiris.

60. a) accepimus quod. b) sit von derselben Hand übergeschrieben. c) Jhesus mit durchstrichenem s am Ende.